



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Priorissae Coenobii de Curto Rivo, ejusque sororibus tam praesentibus  
quam futuris regularem vitam professis in perpetuum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20006**

nonicos memoratos, audiatis illud, & appellatione remota fine debito terminetis. Nullis literis &c. Datum III. Kal. Februarij.

## ABB ATI MONASTERII

Francarum Vallium, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum.

*Epiſt. 547.  
De conformatio-  
ne privile-  
giorum & bo-  
norum.*

**R**eligiosam vitam eligentibus &c. In primis siquidem statuentes ut ordo monasticus, qui secundum Deum & beati Benedicti regulam atque institutionem Cistercien. fratrum &c. usque ad verbum vocabul. Locum ipsum in quo præfatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, grangiam de mala musca, grangiam de Argentia, grangiam de Campignola, grangiam de Rocetta, grangiam de Sornellis, quicquid habetis in Avinione, quicquid habetis in Bellicadro, quicquid habetis in Lunello, quicquid habetis in tenimento villa sancti Aegidij, quicquid habetis in Cavomonte, & aliis locis. Sanè laborum vestrorum &c. Prohibemus insuper ut nulli fratrum &c. Ad hæc etiam prohibemus ne aliquis monachus &c. Insuper auctoritate apostolica inhibemus, ne ullus Episcopus &c. Si vero Episcopus, in cuius parochia &c. Pro consecrationibus vero altarium &c. Quòd si sedes &c. Quia vero interdum &c. Porrò si Episcopi &c. Paci quoque &c. Præterea omnes libertates &c. Decernimus ergo &c. Salva sedis apostolicae auctoritate. Si qua igitur &c. usque in finem, Datum Laterani per manum Rainaldi Domini Papæ Notarij, Cancellerij vicem agentis, Kal. Februarij, Indictione secunda, incarnationis dominicae anno M CXCVIII, pontificatus vero Domini Innocentij Papæ III. anno primo.

*P R I O R I S S AE COENOBII  
de Curto Rivo, ejusque sororibus tam  
præsentibus quam futuris regularem vitam  
professis in perpetuum.*

*Epiſt. 548.  
De codem ar-  
gumento.*

**P**rudentibus virginibus &c. In primis si quidem statentes ut ordo monasticus, qui secundum Deum & beati Benedicti regulam atque institutionem Cistercien. fratrum in cœnobio vestro &c. usque ad vocabul. Locum ipsum in quo præfatum cœnobium situm est, cum omnibus pertinentiis suis. Corva-

tam Don Garnier, quam Hu. de Illidio Miles dedit vobis laude & assensu heredum suorum in omni usu habendam, & campum Olrici cum integritate. & quicquid in molendino & batarino de Guennecort habetis. & terram quæ est juxta pratum sancti Martini. & illud quod habetis in molendino & batarino ex dono Ginardi Pohiers, ex dono Sybillæ, & filij eius Arnulfi. tria jugera terræ sita inter campum Olrici & Hugonis, & pratum Daven. & fedem batarini, in quo molendinum ædificastis. & tertiam partem de cultura in territorio de Brenvilla ex dono Galteri de Solascott, & partem Everardi de Irrumeria in eisdem territoriis, tam in nummis, quam in segetibus, & partem Alberti Corelli similiter vobis ab ipso concessam, & usum in territorio de Brenvilla. Ex dono Hugonis de Ambleio, unam falcatam de prato sub burgo sanctæ Mariæ, & tertias de Mannia, quas \* vobis Rainerius de Pares de cultura suorum hominum dedit vobis. Et ex dono Humberti de Doncuria, unum pratum super ripam Mosæ. Sanè laborum vestrorum &c. Liceat quoque vobis &c. Prohibemus insuper ut nulli sororum &c. Paci quoque &c. Decernimus ergo &c. Salva sedis apostolicae auctoritate. Si qua igitur &c. usque in finem. Datum Laterani per manum Rainaldi Domini Papæ Notarij, Cancellerij vicem agentis, III. Kalend. Februarij, Indictione secunda, incarnationis dominicae anno M C X C V I I I. pontificatus vero Domini Innocentij Papæ tertij anno primo.

*H E N. I L L U S T R I R E G I  
Vngarie.*

**I**Nauditam hæc tenus speciem falsitatis, quam oculis nostris vidimus, serenitati tuae, quia id expedire credimus, duximus referendam. Cum enim dudum ( sicut moris est apostolicae sedis ) regestum felicis record. Alexandri Papæ predecessoris nostri cuidam fuisse exhibitem, tanquam rescriptum aliquod inspecturo, ut conceptam iniquitatem pareret, de medio quaterno duo folia est furatus, sicut indicis deprehendimus manifestis, cuius facinoris testes & concisi perhibentur in regno Vngariae permanere. Quia vero graviter peccat, & qui loquitur mendacium, & qui subtitet veritatem, & publicè interest quod maleficia non remaneant impunita, magnificientiam

*Epiſt. 549.  
Ne tales lapi-  
falsitate ejus-  
dam examina-  
di impeditur  
verum dicere.  
Vide supra epiſt.*